

Clemens papa septimus, venerabili fra:
tri Petro Tomicki episcopo Cracovien:
si regni Polonia vicecancellario.

12

Clemens papa septimus. Venerabilis frater
salutem et apostolicam benedictionem. Venien:
ti cum nostris literis ad istum inclitum
Polonia regem nostrum in Christo filium
charissimum, dilecto filio Joanni Antonio
Pulleoni baroni Burgii, nuntio in Hunga:
riam nostro, libenter has ad te literas de:
dimus, nam cum de pietate, prudentia ac vir:
tute tua, quibus te in conspectu Dei omni:
potentis in sancta eius fide isthic tuenda, gra:
tum, et hominibus commendabilem reddidi:
sti, indices audiamus, favere non possumus
quin peculiariter te amore et paterno affectu
prosequamur. Itaque quoniam tuae virtutis
debito coacti, tamen quam libenter nos ob
eas res tibi et nunc debere fatemur, et
indices magis debere optamus, hortantes fra:
ternitatem tuam in domino, ut sicut hactenus
fecit pro suo episcopali officio, annitatur de
cetero ad Dei honorem, atque istius serenis:
simi regis commoda procuranda, quemadmo:
dum super his latius cum fraternitate tua
colloquetur idem nuntius noster, cui nostra
causa apud tuum regem oportune adiens
et fidem adhibebis. Datum Roma apud
sanctum

1524. in Romanis 424.
sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die
Februarij, anno Domini millesimo quin-
gentesimo vigesimo quarto, pontificatus no-
stri anno primo.